Circunda ipsum papira et suppone sulphure deinde candela accensa tange sulphur comburetur &c.

In cura ethice

Nouus bibat aquam euparatorii. & iiij postea sumat pillas de ierra simplici et postea sumat aquam aliquot dies &c.

In ragadiis mamularum

Rx butiri loti nouies ℥ s. medulam ossium bouis galine axungiam olei ros. cere noue bulliant in duobus vasis aquae ad consumptionem aque et unge sepius.

Pille narricales

Rx Galbani, asse fetide, serapini ana ʒ s. pul. karabe, blacte bisantie se. agni casti se. peonie ana ℈ M. fiant pille cum aqua buglose.

Pille contra catarrum

Rx rosarum damascenarum
Spodii
Sandaracce
} ana ʒ i.

Masticis ℈ ʒ i.
Olibani ʒ i.
Syr. de papavere q. s.

pulvis ad urinādū

℞ corticū avellanarū
Lapidis spongie
iudaici — añ ℥ s
milij solis

Pul. maiorllaro lucij
cassie lignee — añ ℥ i
cinamomi

fiat pulvis subtilissimus,

Cerotū anodinū et resolutivū

℞ bdelij — ℥ ij
amoniaci — ℥ i
mucilagīs se. lini
altee — añ ℥ i
fenugreci
litargiri subtilis triti — ℥ ij
adipis anatis
tassi — añ ℥ i
ursi
medule cruris vituli
olei irini — ℥ iij
diaquilonis — ℥ iiij
cere q. s. fiat cerotū

Pulvis constrictivus

℞ boli armeni, sang. dra. terre sigilate,
pul. drag^ti usti aloes thuris farine mo
lendini, ana

Cerotum contra vermes et strigit
vomitum

℞ mirre, mastici, aloes. ana ʒ ij
pul. nigelle suci absinthij. coraloz rub
folioz psici garofilor ana ʒ j. resine
pare q. s. fiat cerotum

Ung^m de cerusa

℞ ceruse ℥ vi
litargiri ℥ j
olei rosati ℥ vi
misce i mortario postea addat
olei com. ℔ ij. cere albe
q. s. misce et fiat ung^m

℞ Resine pini — ℥ iij
thuris ⎱
masticis ⎰ ana ℥ j
argenti viui — ℥ 1.5.
litargiri auri ℥ 1.5.
Ceruse ℥ iij
Cere noue ℥ 1.5.
Olei cois — ℥ xij
Suci naranciorum n.º iij

℞ axungie porcine .L.i
Corticum thuris — ℥ .5.
Argenti viui — ℥ iij
Aq vite ℥ j
Olei de iuniper ℥ iij.

Ung^m albu de cerusa excellens

℞ olei rosati ℔ i

Cerusae lote ℥ iiij

Litargiri aurei ℥ ij

aceti albi acerrimi ℥ iiij

cere albe — ℥ ij . s .

Misce et fiat ung^m

Haec dona, Haec munera, Haec sancta sacrificia illibata, ara i casa censori parui,

Segno da uui madren cũ grãde humilitade tabernaculo de christo e de la sancta trinitade, fame sto grã p grã caritade.

℞ cassie nup extracte ——— ℥ vj
Elty de benedicta ——— ℥ iiij .ß
Aquarum saxifrage
portulace } ana . 9 . ß
Syr de absinthio ——— ana ℥ ij ß
misce et fiat potio

℞ meliloti
aneti
.s. lini } ana ——— nº ß
fenugreci
leuistici ——— ℥ iiij
misce et conquassatur grosso modo
℞ spongiam latam ——— nº j

℞ bachar ederae
saxifrage
.s. althee } ana ℥ iiij
capill. ven. ——— nº ß
leuistici ——— ℥ iiij
dauci
.s. rape
.s. co. frigi.
spice nardi } ana ——— ℥ ß
misce et conquassatur grosso modo

R℞ sirupi de prichados .s. \
de burlosa \
melhiros. col \] añ ℥ .5

Aquarum achori \
Endiuie \
Buglose \] añ ℥ 1

misce et fiat potio

R℞ pillarum confaiaret cum agarico \
Indarum \
Aurearum \] añ ʒ .5

fiant pillule vij cum aqua melissa

De cura melancolie

P° de regim̃e et dieta ĩ 6. rebus nõ nālibus incipiendo ab
aere opʒ q̃ oĩs melancolicus uitet aerẽ frigĩ sicũ qz
ẽ cã augĩi humoris melancolici, et grauat spũs ipsos infrigdo
et condensando Vitet qʒ aerẽ uehemẽtis caliditatis quia
dissoluit et exiccat et adurit humores, Vitet aerẽ nebu
losũ et grossũ qz turbat spũs et ĩgrossat et hũr aere
et turbidũ euitet et aerẽ mali odoris, Sed autẽ igr
sidat ĩ locis temparis et humectet dõs hospitij, et
odorificet bñ sternendo odorifera ĩ eis, et opʒ ut olfaciat
semp odores bonos et flores boni odoris qm odorifera
confortãt cereb et cor, et suffumiget camera ĩ hieme
cũ thure et amalis ciprinis, cũ galbano et storace
sup carbones et ponat sandali, et aspgat camera aqua
rosata et vino odorifero, et cũ ambra et musco
In estate sternãt folia boni odoris sicut uitis, salicis,
pomozʒ pirozʒ, cãnazʒ et prunozʒ et cũ fructibʒ boni
odoris positis ĩ camera sicut sunt pira, poma, melones
psica, rose, et uiole, et aspgat cũ aqua rosata, cũ
pauco uino optimo et sandalis. D. egrotator vestes
eazʒ sint delectabiles ĩ colore et odore, et calciamenta
sit, et sepe mutet camisias et linteamina aspiciat
res delectabiles et iocosas, audiat melodias et cãtiones
delectabiles et istrumenta musicalia delectabilia, audi
ant et gesta antiquozʒ et historias, lauent quoqʒ sepe
faciẽ et manus cũ aquis odoriferis ul uino odori
fero misto cũ aquis sint odorifera calida uel frigida

2m tempora anni. cum aqua rosarum tempore estatis vel cum succo rosarum et cum aquis in quibus bulliant rose, viole, flores citri vel cortices eius et flores arancii. In hieme vero cum aqua melisse, vel mente in qua bulliant cinamomum vel aliud odoriferum. lavent et pedes et crura cum aquis odoriferis calidis vel frigidis in quibus sint rose bullite et cum sapone boni odoris. Rasa barba non exponat se pacienti aeri frigido vel calido. D. amplius fit regimen eius confortans cor et faciens multa gaudii et hoc complent administratio 2m omne genus rerum generantium gaudium et leticiam sive ciborum sive potabilium sive medicinalium et adhuc ex rebus que videntur audiuntur et odorantur et quocumque modo sentiri possint, et administratio aeris temperati, et aspectus formarum multi decoris et ornatus et negociatio vivida, ut blandimentis et promissionibus et permissionibus rerum de quibus dolent politis et aspectu ludorum distrahentium eos a re qua dolent et generaliter ad viam que ad rem gaudii perveniet. Inquit p. coram eis sint presentes a quibus verecundantur et cum quibus gratulentur et occupent cantilenis, et letificantibus. 2a res non naturalis sunt accidentia animi, oportet ut deponat timorem, tristiciam solicitudinem et cogitationem de re impressa. Igitur autem nihil est nocibilius quam timor et solicitudo a re que impressit in eo spem. Et iterum d. ex re autem forti in generatione melancolie est superfluitas tristicie et timoris. Et subdit necessarium est ut continue omni modo letificentur et iocundentur. 3a res. est motus et quies oportet ut alienentur ab eis ociositas et quies multa et solicitudo et sit labor firmus et exercitium forte, comperit quod eis exercitium moderatum et occupari circa illa que sunt magis aliena ab hiis que cogitant, sit ergo exercitium, vel navigatorium, vel equitare spaciare per loca vel montana amena viridia, loca redolentia floribus et fructibus et iuxta flumina clara resonantia suo cursu que letificant et confortant. Inquit rasis 3o continentis auctoritate galieni vidi quod una de rebus que magis generant melancoliam est odo

sitas et multa meditatio primum preteritorum et futurorum. Et videtur
quod maxime conferat melancholicis et timori et motu et
transmutatione loci, ita quod debet curari huiusmodi morbus mediantibus
servitiis. Et iterum rasis inquit non reperitur cura melior in melancholia
quam iungere eis necessaria aliqua et opportuna, quae administrantur
magnam mutationem ipsorum. Inquit autem oportet quod melancholia patientes
sint occupati in aliquo et divertantur ab eorum malis imaginibus
et cogitationibus. rasis laudat in hoc ludum schachorum vel aliud
simile in quo delectentur. Et g. inquit utantur venationibus et piscatoribus
et cantu, et alterationibus et his quae non permittunt animam
submergi in profundis cogitationibus. Et de melioribus curis
est ut si fieri possit adducantur timores contraria eis cum quibus
alienat. Inquit autem mulieres adiuvat eos in cura eveni
entia de foris ut casus aliquis fortuitus vel annuntiationes
aliquae quis sint et inducentibus timorem nam hoc modo divertitur
a prima cogitatione et inducantur ad cogitationes secundas et ita
fiat gaudium nova eis referendo ut divertantur ab antiquis et primis
cogitationibus. Et valent fricationes duras et asperas exsiccantes
corpus, et omne balneum minerale exsiccativum, et prophana et .D.
almansor fricatio temperata manuum et pedum et totius corporis
utilis est et magis mane, tunc cum oleo amigdalarum dul
cium et fiant fricationes ante cibum, competunt et balnea humecta
tiva .D. almansor mirabilius est in balneum aquae parum calidae
in quo non diu moretur, tale enim balneum removet tristitiam et
laetificat et clarificat sanguinem et spiritus. .D. agreg. balneum
debet esse temperatae caliditatis humectativum, ex aqua
dulci sola, vel cum decoctione radicum malvisci, malvae, violarum
rosarum camomillae, aneti, et lactucae cum foliis salicum et
et vitis et huiusmodi, et si non reperientur folia accipiantur
semina malvae, malvisci, cum semine lactucae endiviae, semine
fenugreci, lini, et floribus camomillae et aneti. Et si

materia est multum frigida u. g. ex melancolia nata, apponantur calida sicut folia saluie, maiorane, rorismarini, et melisse et post exitum balnei fiat unctio cum oleis humectantibus .s. cum oleo amigda dul. violato, cum oleo cucurbite vel nenuf cum oleo anetino, vel camomillino 2m quod qua materia videbitur magis vel minus frigida, scire debes quod ablutio pedum cum decoctione camomille meliloti et violis et rosis confert in omni specie melancolie

Ingt rasis si ex balneo sit deterius ad potandum parum aquam ut humectet et tolat calorem et sitim vel melius parum vini cum mixti cum aqua et fiat ingenium ut corpus teneresceat et humectet per balneum ante cibum et fiat fricatio tenerum faciens corpus que sit lenis ante balneum et ante cibum

De somno et vigilia

Oportet ut curetur vigilias superfluas sicut dixit almansor curet vigilias
M et studeat ut dormiat. Ingt p. somnus est ex convenientibus curis ipsorum qui removet egritudines et humectat corpus non tamen sit stomaco ieiuno et iterum inquit p. cum volutas fuerit ut dormiat non embrocet capita eorum nisi cum decoctione papaueris et camomille et marricarie et subdit non misceatur quod tamen afferat iuuamenti et saluis extu noui papauer tribuit et hoc facit camomila, et marricaria, Embroca conueniens ad somnum inducendum Rx corticum papa. al. m. 1.5. florum nenu. uio. ana m. 1. vel ij. florum camomi, aneti, et marricarie ana m. i misce et bulliant, et si non reperirentur ista ponatur semina lactuce, scariole et papa. loco predictorum et fiat embroca, possunt fieri lotiones ad crura et brachia ut Rx corticum papa. al. m ij radicum madragore m. 1.5. seminum cucurbite papa. al. et lactuce ana m. i seminis iusquiami m. s. florum nenufaris, vidarum rosarum ana m. s. foliorum lactuce, canarum viris albe salicis ana m. 1.s. seminis aneti m. ij. florum aneti, camomille, marricarie ana m. ij fiat decoctio et lauentur crura et brachia ante cenam,

De cibo et potu

Ingt mesue et iterum galien ut enim acuta et urinā pvocātia
qm̄ subtile evacuāt et remanet grossum Ingt serapio oportet
ut caveat ab oībꝫ cibis grossis gnātibꝫ humorē malācolicum
sicut ē lens, caules, caseus antiquus, caro vacina et bubulina
et camelina et oē salitū ex piscibus et carnibus, Ingt p. ali
enet ase sal et oē salsum et acre, et acutū et oē quod est
vehementis acetositatis et dimittē sinapi et erucā. Gal. 3° iterum
cibi gnātes melācolā sunt carnes hyrcine capre vacine
taurine bovine asinine cameline vulpine leporine atque
porcoꝝ silvestrium cervoꝝ et ursoꝝ / carnes cochilear carnes
salite cuiuscūqꝫ animalis panis oppitus nō fermētatꝫ, sed minuta
ut panicū miliū et caseus vetus, et ova frixa, et caules
gnāt melancolicū multū et ramusculi tēneri et teneritates
plantaꝝ ppataꝫ cū sale et oleo ita ut cappares et olive
ppatate cū sale aceto et oleo, lentes autē sunt ī sūma gnāis
melancolice et vinū vinū grossū antiquum nouū et turbidū
Ingt mesue opꝫ ut totū studiū sit ī humectādo ipm̄ temptare
et calefaciēdo qm̄ melancolicus humor plus peccat ī sicci
tate q̄ ī frigiditate, et humida debent esse ī virtute et
actu talia sed calida ꝑ dispositionē humoris melancolici
P. Rasis p° gnāntis opꝫ ut dent eis cibaria pinguia et dulcia
ad comedendū, qz nutrimentū gnāt humectatiuū et mollē
cōveniūt hntibꝫ acetositatē ī stoīo Auicē igt fiat ut corpus
tenerescat cū cibis humectatiuis qz opꝫ ut sumat pinguia et
dulcia Ingt mesue caro agnoꝝ a ppietate hēt iuvare Mela
melancolicos et ē rasis Et d. cibi sint caro hedina et
agnina s. animalis et galinacea et panis de simila et
lac recens Azaranius 25° de cibis melācolicoꝝ panis
albus bn̄ ppatatus ex simila. i. ex flore farine factus debite
coctus et fermentatus et carnes motonis unius āni cocte 71
ī brodio qz de eius ppietate ē gnāri melācolicꝰ ꝑ nim

et caro hedi lactens que generat sanguinem subtilem et humidum, et
caro agni et pulli ratione humiditatis et subtilitatis eorum et
perdices, et turtures, pisces petrosi minuti non viscosi cocti in
brodio cum oleo et sale et aneto et poris, et modico vini
odoriferi et canceri fluviales decocti in aqua ordei aut aqua
ciceris, et cicera et robilia, et brodia eorum cocta cum carnibus
Nota Inquit Raby moyses 22a particula afforismorum carnes pullorum accipitris et
noctue sunt boni saporis quod corroborant animam et conferunt
melancolie melancolice ascendentis ad caput et cum hoc
n sunt utiles perceptioni memorie, Rasis in afforismis suis quando consequitur
de timore et tremore cordis sine causa manifesta precellit uti
carne accipitris decocta in succo maiorane et libere curatur
Azararius carnes moroni decocte cum cepis et aromatibus
in vino aromatico et aqua sunt magni iuvamenti, ova sorbi
lia sunt convenientia, caseus recens sine sale, et lac recens
Nota licet raby moyses vituperet lac quod putrefit Nicolaus cibus con
ferens mirum in modum debilitati cordis et malis cogitationibus Recipe
libram i. carnium castrati annalis tenerioris partis et pinguis et
abluatur in frustra minuta, et ponatur ad decoquendum in olla cum
cepe et coriandro recenti in vino odorifero et aqua rosacea
deinde recipe melisse, maiorane, ana manipulum i. vel s. et quinque folia
citri et ligentur et coquantur cum predictis carnibus, et cum fuerit
cocta abiciantur herbe et ponantur species odorifere ad decoquendum
cum carnibus in olla cum sale sufficienti et in depositione ab igne
aspergantur cum modico vini odoriferi cum aqua rosacea commixti
cum quibus dissolvatur modicum muschi, alii laudant carnes
porci iuvenis et nicolus laudat, Recoctum et serum capri
num, Fructus convenientes sunt pruna longa matura et par
va quantitas pira dulcia granata dulcia uve bene mature

dulces passule, ficus recētes bñ mature nō ī multa q̄ntitate
cerasa dulcia, iuiube bñ mature, amygdale recētes sunt
optime et sicce et depillate cū aqua, cōcedūt pepones
odoriferi boni et citruli magis cocti cū brodio bonarum car
nium et cucurbite cocte ī bonis brodijs cū agresta, Ex
oleribus sunt convenientia cucurbita cichorea, endiuia
lactuca, portulaca, borago, melissa, buglosa, spinachie
malua, atriplices et blites ī cā calida, Calida aūt foeni
culus recēs, petrosilinū, saluia, rosmarinus melissa, menta
et balsamita et huiusm̄, misce calida cū frigidis rō cō
ignemā Laudat azavarius napos duplici decoctōe decoctos
pō ī aqua postea ī brodio pingui caprati uł alterius et
laudat pastinacas decoctas abiecta pª aqua et postea
decoquātur ī brodio bono, Cortices radicū buglose mira
biliter ualent, sed folia nō sunt multe utilitatis

De potu

Inquit almāsor quod uinū grossū, et nigrū nō est eis conveniens
et inquit auicenna abstineat a se uinū grossū et nouū et potū aque
Nō/ pure Rasis pō gtī. auctē gal. uinū moderate sumptū est gtū
melācolie et nō ē res laudabilior eo, et inquit et ī almāsore
uinū sit subtile et clarū et ī quibusdā horis potet uinū albū
cōmixtū aqua sit forte et antiquū quod exicat et aliud humectat
Nota ac letificat, it Rasis pō gtīnētis dedi cuidā uinū coctū cū
aqua ordei et intentois mee erat quod qualesceret et hac cura
et iuuamēn uini cocti erat magis ad cōcedū dolorē et eius
finis fuit emendatus. D. ga. autumnū incipiat offa ex pane
calefacto īfuso ī uino odorifero limphato cū aqua rosarū uł cū
aqua buglose aut melisse conveniūt. n. iulep ex aqua boraginis et
iulep ex aqua buglose et iulep uiolarū et rosarū, nō sumat semper
circa uentris cōmꝫ dr̄ quod uinū debet esse albū uł roseū nō

ponticu, subtile, claru, odoriferu, mediocre medium inter novum et antiquum, et aliquantum limphatum

De inanitione et repletione

D. mesue Si accidat ut comparat cibus in stomaco cito vomitu expellatur nihil .n. dexterius est quam corrumpi digestionis et cibi super alium indigestum et forma sua cibum corruptum et habendo et operatur igitur augere quotiescumque cibus corrumpitur in ventribus eorum evomat ipsum et proprie quando sentiunt acetositatem in ore tunc oportet procul dubio ut eos vomere facias, Et rasis post generalis purgatione vomitu cibus corruptus ante comestionem ne alius cibus commisceatur, et maxime quando sentitur acetositas ante cibum

De coitu

Tal. 6o epidemiarum ut ponit rasis post generalis coitus valet igitur habentibus cogitationes melancolicas, Sed Rabi moyses 5a particula aff. in quo melancolia generatur usus coitus est nocivus quia generat in eius hypocundriis ventositatem grossam inflativam multum et auget igitur abstineat a se coitum dicitur quod coitus est nocivus quia exiccat educendo humidum spermaticum et spirituosum, verum tamen in aliquibus casibus potest conferre ut in illis, conferre et coitus quando melancolia procederet ex vaporibus elevatis ex spermate corrupto evacuando ipsum, et et confert his in quibus habundat multum sperma, fugiat tamen nauseativam satietatem, et studium sit ne remaneat superfluitates post malas digestiones, sed expellat eas omni die, et solum expellat ventositates quando earum retentio valde nocet, et earum expulsio iuvat, augeat et igitur abstineat sudorem vehementem quando corpus exiccat Quantum ad inanitionem fugiat nauseativam sacietatem, et studium sit ne remaneant superfluitates ciborum sed expellat eas omni die, quando earum retentio multum nocet et expulsio iuvat

De cura per medicinas

Cura medicinalis post efficitur, tendendo ad [illegible], digerendo ipsorum evacuando et divertendo, Et quia in dispositione melancolica semper coniungitur peccatum et nocumentum cordis, immo principaliter pendet ab

eius nocumento ut igitur p. ideo igitur messue et avenzoar gali. cura autem egritudinum melancolicarum non est expoliada ab uno trium regiminum primum circa adequatorum cause, 2m regimen circa ipsius evacuationem Et 3m est regimen confortativum cordis complectens omne regimen, dilatans autem, et faciens in ea materiam gaudij, Et sicut autem igitur cura huius egritudinis est tres res prima intentio materie evacuando 2a digestio que prima est in operatione 3a cordis confortatio et rectificatio Et igitur autem proponas ad calefactionem in humectatione, et cum hoc non minuatur in evacuatione cedere nigror. Igitur mesue regimen

Nota inpinguativum et humectativum in tota cura et prelatione et assidue fieri a principio usque ad finem dummodo non sit faciens cadere in opilationes, 2m regimen est resolutivum faciens resolutionem cum mediocritate et propter eius quod habilitatum est i. digestum, haec duo regimina oportet ut sibi invicem succedant ut cadat digestio equaliter in materia, verum studium in humectando sit super studium in resolvendo et propterea igitur autem oportet ut ponas cum resolventibus ut cum camomilla, melliloto, radice lilij et similibus humectativa ut non sit in eis resolutio pura et non ingrossetur humor per resolutionem puram neque fiat grossitudo per solam humectationem. De syrupis

Nota Syrupus gentilis digerens materiam melancolicam ad caliditatem tedentem Recipe aquarum melisse libras 5. endivie libram 1. infundantur in eis foliculorum sene ℥ i cinamomi, seminis anisi ana ℥ i, croci ℥ i dimittantur per diem et noctem postea bulliant ad consumptionem 3e partis, deinde addatur zuccari libra 1. vel 1.5. et fiat syrupus, dosis est ℥ ij cum ℥ iij aque buglose Alius syrupus Recipe ana succi boragis, succi buglosse et melisse depuratorum ana ℥ iiij lactis seminis papaveris albi ℥ 1.5. zuccari q. s. fiat sirrupus decoctum cum aquis appriatis dosis est ℥ ij, Syrupus in melancolia nali Recipe radicis brusci, maiorane, radicum buglose foliorum

boragis et melisse scolopendrie capillorum veneris cuscute epithi
mi ana m. s. galie muscate, croci ana ℈ 1, fiat decoctio in
aqua boragis et buglose zuc° q. s. cum pauco aceto fiat syr
doses ℥ 1.5 aut ij, Syrupus de pomis mesue confortat cor et
removet sincopim et tremorem simplex et compositus. Syrupus de fumo terre
maior confortat cor et epar, et aperit opilationes et dige
rit humorem adustum et flegma salsum, Syrupus de fumo terre
minor digerit coleram adustam. Syrupus in melancolia flegmatica vel
flegmatis adusta, ℞ radicum petro. feni. acori, corticum
radi capparorum ana m. 1. tamarisci, capilli ve. ana m. s.
florum melisse, boragis ana ij partes m. i. scolopendrie
eupatorij maiorane ana m. s. sticados arabici ℥ 1.5. bulliat
in aquis salvie buglose et melisse et cum zuc° fiat syrupus et
aromatizetur cum xiloaloes et cinamomo, Syrupus in melancolia
sanguinea ℞ florum buglo. boragis, fumi terre, melisse, et
moiarum ana ℥ ij, corticum citri liguriae, passularum absque ani
lis ana ℥ iij solopendrie cicoree et scabiole endivie
capilli ve. ana m. s. sene, epithimi, ana ℥ 1. sebesten n°
x. bulliat in aqua bug. endi. melisse fumi terre ana q. s.
et in colatura addatur sucus pomorum dul. buglose ana ℥ ij et
fiat syrupus cum zuc° optimo, et aromatizetur cum sandalis, Syrupus
de epithimo digerens materias et coleram adustam, Syrupus sabor re
gis est mirabilis ad digerendum humorem melancolicum positus
in capitulo de melancolia a mes. Alius syrupus mirabilis
mesue in c° de dolore capitis a materia melancolica et hec
de digestivis

De evacuatione autem materie sequendo dicta mesue, tria sunt
observanda primo ut non semel aut subito faciamus melancolice
evacuationes, sed per intervalla ut non evacuationes, et non evacuans

nãz regulet, unde est proprium hyppo. subita et violenta eva
cuatio cuiz a nã regulatur, et eius operatio e sicut impetus flam
quae subito i subtili agit et grossum presumit, 2m ut evacua
tio sit comensuratum nõ excedes mediocritatẽ et nõ recedat a
gradu medicinaz i columnẽ, 3m est ut nõ expoliemus eo
rumma et rebus lenitivis et humectantibus hoc e quod operatio
beatificat, et subdit mesue, adhuc autem cano est ut i Nota
hoc triplici regie gservetur cor, et cofortetur cu rebus cordia
libus gfirantibus i eo materiã gaudij, et dicũt aliq q me
lius est exibere medicinã i forma potabili q pillulalis,
Inqt et mesue, intentio evacuatois complet cu flebothomia
et extractoe sanguis p sanguisugas, vel ventosas, vel p
fluxũ et provocatõz emoroidaz vel p nares et gplet
cũ evacuatõe p fluxum ventris ut cũ medicinis solutivis
et administratoe enematũ po lenitivũ postea acriz
et iterdũ cũ provocatoe vomitus si stomacus e vacuus
et iterdũ cũ evacuatoe p urina, . D. gal 3o iteriorz si Nota
arbitraris mãz mela corpore clausaz gmixtã cu sanguie
flebothoma venã mediã pp colligãtiã cu basilica et cepha
lica et igr aut si videas venas plenas gliremq sit
tn colera nigra e admixta sãguini flebothod go venam
nigrã et mxiẽ sinistrã qr respicit splenẽ qui ut i plurib Nota
est repletus et peccãs i hoc morbo, et igr aut flebo
thoia fiat ampla ut evacuet sanguis melãcolicus et
et subdit si iuenis sanguinẽ subtilẽ nõ retineas ipm pp
hoc qr multoties precedit subtilis, et postea seqt grossus
sed rasis igr si sanguis nõ esset niger, noscas qm peccasti
i opinione tua existimãs peccatũ i sanguine, p cocordia

uide gentile Inqt mesue post flebothoia uena zo brachij
flebothoã de saphena et si adhuc op3 fac ex uena que
currit ad policē pedis, et d. si sanguis solū i capite pecca
uerit flebothoma ex cephalica et considera quā partiū
capitis fuerit grauior et ex illa flebothoma, et si fuerit
sanguis habundantia pp oppilatoēs epatis uel splenis, fle
uothoma et saluatella dextra uel sinistra, Sed euacuatio
bona ē p emoroydas melancolicas emoroides i nare bonū
nã et emoroydibus ppriē fit sanguinis et grossus, et quia
alter descendit deorsum qr go Deeuacuatōe p medicinas
Inqt p. Reiterat euacuatio incipiendo a debilioribus ad
formora pcedendo, et eodē modo seruapid i exhibitione
medicinarz solutiuarz incipe a debiliori et assidua
euacuatoēs humoris melãcolici i oī spē eius, uerū tn̄ si
cū eo peccat colera, euacuatio et respiciat colerā, et si
flegmã respiciat flegma imo tm̄ plurimū pp idigestiōē
multiplicat flegma et igr p. si nō gfert euacuatio tua
facta reitera et oī ebdomada cū pillis subtilib medijs
l. medeocribus i euacuãdo et euacua oī mense cum
hiis magnis cū tuenoris egritudinē diminuitã, et eua
cuasti pº cū debilibus, Sed rasis pº gonētis igr cauēdū
est ne purget cū ieris magnis et medicinis fortis cale
factoīs sed cū medicinis debilibus nō calefacientib et
Nota reverē igr rasis dnīq gsueuerāt uti eleboro, sed ego ma
gis laudo lapidē armenū qz nulla dub° aut defectus est
i operatoē eius et ondet uirtus opatoīs eius sup in
firmū p paucos dies et fuge medicinā mali odoris et
male qualitatis et mali saporis aut d. leuior et se
Nota curior omnes medicinarz aqua incipere debes est decoto

epithimi et agarici, ut ℞ epithimi ℥ .s. infundatur cum
pauca ebullitione in aqua casei, vel fumi terre infundatur
agarici trocisciati ℥ .i.s. et cum sirupo de pomis detur. Gerardus
de solo super 9° almansoris ponit hanc medicinam ℞ epithimi
℥ .i.s. anisi ʒ ii conquassentur et bulliant simul una bullitione
in vi vel vii unciis seri caprini deinde coletur et in colatura
addatur ℥ i manne vel .i.s. est medicina optima, inquit
mesue medicina purgans melancoliam est ius gali veteris Nota
in quo decoquantur solidulis .i. lupulus vel flores eius et
lleta, et ysopus et detur tale ius .s. ℥ iiii vel v, cum
aliquo sirupo sicut de pomis, vel manna vel sirupo acetoso
et iuvat utrasque omnes qui indigent assiduatione evacuationis
humoris melancolici et valet in quartana Et .d. mesue. decoquantur
sene in iure galorum, vel galinarum, vel piscium aut
carnium laudabilium quoniam mirabilis est ℞ foliculorum
sene ℥ ii vel iii secundum corpus parantur in vi ℥ iuris gali-
narum vel caponis, et bulliat una bullitione et dimittatur
per noctem de mane calefiat et coletur, et cum aliquo sirupo
detur vel cum manna et est mirabile multis omnibus temporibus
inquit ysaac quando aliquis cogitat propter solutionem bibat epithimum
cum sirupo acetoso propter exagerationem virtutis D. dicit. si paciens
non potest accipere medicinas fortes et acutas, laudatur ad
Nota purgandum aqua casei, cum epithimo vel sena cum sirupo
aliquo suavi. Decoctio fumi terre humores adustos mun-
dificat, decoctio et mirobalanorum coleram utramque evacuat
decoctio epithimi melancoliam evacuat, D. mesue auctoritate gali
accipe foliculorum sene libri ii et submerge in bona
quantitate vini musti albi .u. g. in cado et dimittatur per sex

 menses postea accipiat quatuor uncie cum aqua buglose, Serapion certo sermo-
ne dicit dicere mirabiliter confert melancolie et mamie et mundifi-
cat sensus omnes, memoriam reparat, et generat gaudium

De pillulis pille convenientes de fumo terre gali, pille Romanoe
pille de lapide lazuli et lapide armeno in antidotario me-
sue pille inde sabor regis in capitulo de soda melancolica, et pille
inde posite in antidotario, et ponit et pillas de lapide armeno
et de fumo terre in capitulo de melancolia De evacuatione per
vomitum Inquit messue diximus in tribus casibus convenire vo-
mitiva sed fiat cum levioribus .s. cum oximele et decoctione
rafani. D. aug. in hac egritudine vomitus et confertas
administra quoniam illum conferri si in principio videris aliquid quod in egri-
tudine augmentum faciat nisi in illo cuius stomacus est debilis cum
in hac egritudine numquam vomere facias et aug. posuit
duo vomitiva quorum unum est Rx calamenti, menastri
ana. m. s. seminis rafani ℥ iiij vel ℥ s. fiat decoctio in
aqua convenienti et quod oximele detur ut ℥ s. ℥ iiij aut
s. decoctionis dicte et ℥ i oximelis aut ℥ i. s. et fiat
vomitum, 2m est expressio radicum raffani in quibus infu-
sus fuerit elleborus albus duobus diebus et detur cum oxi-
melle et subdit si prolongatur egritudo et antiquatur, admini-
stra vomitum cum elleboro et facto vomitu conforta stomacum
cum aliquo ellectuario De evacuatione per urinam
Inquit paulus provocet ei urina et rasis quod generis
provocatio urine et sudoris est multum conveniens et hoc post
mundificationem et evacuationes utiles, et provocativa sunt
sicut sicut decoctio radicis feniculi, petroselini et quod cum
seminibus eorundem et anisi, et assari, et cum seminibus et frigidis
maioribus sicut cucurbite etc et cum syrupo de duabus radicibus
et cum decoctione seminum dictorum detur, evacuatio autem postea

sequatur postea quam egritudo antiquatur post evacuationes vtiles cum caputpurgijs masticatoribus et gargarismatibus vt dictum est in cura catarri. De alteratione et confortatione cordis lege auicennam in de viribus cordis capitulo 9° quomodo multis modis fortificetur cor et spiritus. Diuersio vero fit per prouocationem emoroydarum et competit in omni dispositione melancolica et est vltima et apertio saphene et vene pedis est quemens. Vltimo in hoc est electuarium conveniens laboris ad confortandum cor et omnes virtutes. Recipe succi pomorum dulcium, succi buglose deparatorum ana ʒ i.s. vel ij, doronici, cortices citri, florum boragis, rosarum rubearum, ben albi et rubei coralorum rubeorum, limatura eboris ana ʒ.s. spodij, macis, galie muscate, karabe, ossis de corde cerui, sandalorum rubeorum ana ʒ iij, seminis basiliconis, folij granorum mirti et quia non habemus folium ponimus spicam et melisse, coriandri preparati, cinamomi, cubebarum, cardamomi, galange, cedrarie, spice nardi, xiloaloes crudi sericum minuti incise aut modicum combuste ana ʒ i.s. croci ʒ ij, mirabolanorum omnium ana ʒ iiij vel ʒ.s. granatorum et margaritarum ana ʒ iij vel ʒ.s., petiolorum argenti et auri limaturam ana ℈ ij ambre et camphore ana ℈ ij, musci ʒ.s. zuccari albissimi q.s. dissoluti in aqua buglosse et melisse fiat electuarium et est quasi temperatum valens in dispositione calida et frigida et potest dari in estate et hieme in estate misceatur cum zuccaro rosato, buglosato vel molato in hieme vero cum vino odorifero et in estate cum aqua buglose vel rosarum dosis est ʒ ij, vel iij secundum corpora detur de sero quando iturus dormitum et mane per iiij horas ante cibum

Ellm solvens et confortans oia membra et maxime cerebrum et cor. Rx passul ℥ i s. vel ij acetoz conditoz ℥ i s. ligni
tue ℥ i sebesten nº xij corticu radicis buglosse, gnidados
cu M i s. mirabolanoz kebuloz, et idoz an ʒ iiij citri
noz emblicoz an ʒ i turbit boni et gumosi, agarici
an ʒ i s. ponatur oia i aqua buglose fumi terre acori
et melisse et stent p nocte deinde bulliant de mane usq
ad consumptioz ~~medietate~~ 3e partis et i fine ponatur epithi
mi sene an M. i deinde removeat ab igne et colet
deinde Rx huius decoctois ℥ vj syr de pomis, de buglosa
de corticibus citri an ℥ i s. vel ij et ponatur postea foli
culi sene M. i et epithimi M. s. et stent p nocte deinde
bulliat de mane et colentur et i colatura dissolvatur ellm
lenitivi de sebeste diaphinicons ℥ i penidiaz ℥ ij zuccari
buglosati ℥ ij conserve antos, conserve zuccari boraginati
et rosati an ℥ i, diaturbit absq reubarbaro ʒ vj misce
et fiat ellm datur coclear unu ante prandiu confortat et
solvit et hec de cura malacolice

Ad ardorē urine

Syrrupus mirabilis et expertus ad ardorē urine et excoriatio℥ ℞ seiū altee seiū malue an̄ ℥ i, dragagan̄ ℥ iij īfundant̄ ī aqua tepida decoctois malue, et seiū papaueris et seiū alkekengi an̄ ℥ s. deīde fiat expressio dictorū seiū et dragaganti hoc facto exprimat̄ mucilago accipe deīde hanc mucilaginē et cōficiat̄ sy̆ taliter ℞ dicte mucilagīs ℥ i s. ul' ij, ul' iij. postea ℞ ℥ i s. istarū mucilaginū. Et ℞ decoctois iam dicte ℥ iij deīde ponat̄ zuc̄ optimi ℥ i s. uel sy̆ uiolati ℥ i s. p̄ uice et det̄ sy̆. postea s. diebus continuis Et si esset excoriatio ponat̄ loco zuc̄ ul' sy̆ uiolati sy̆ de mirto ul' rosatus

Elẗm suaue positū a rasi io gemētis et ē mirabile ī ardore urine, ℞ seīs melonū excoriatoℓ ℥ x, ul' xij seīs citruli, et cucurbite excoriatorℓ amigdalarū dulcū excoriatarū, seiū papaueris albi grana pini p̄parata an̄ pistent̄ et cū iulep uiolato fiat elẗm dosis ℥ s. ul' ℥ v,

Puluis ad idē ℞ seīs melonis excoriatℓ ℥ x ul' xij seīs citruli et cucurbite excoriatorū seīs portulace et papaueris albi an̄ ℥ iij, seīs iusqami albi ℥ i s. zuc̄ ad pondus oīum misce adīuicē et de hoc puluere sumat̄ ℥ ij de mane cū uncia una sy̆ uiolati, De sero an̄ cenā ℥ i s. cū eodē sy̆o, Et si ardor fuerit uehemēs ℞ seīs cucurbite et citruli, portulace, melonis, et amigdalarū dul. seīs

iusquiami albi et seis papaveris albi ana fac trociscos cum
mucilagine psilij et detur ℥ i. cum aliquo syrupo

Potest fieri et tragea secundum silanum ℞ seminum communium
frigidorum ℥ iiij, seis portulace iusquiami, papaveris albi,
liquirite, psillidorum, ana ʒ i, zucari ℥ i. s. fiat tragea
Iniectio per syringam ex albumine oui bene agitati
potest etiam infundi pannus in albumine oui cum lacte bene aquam
et poni super loco

De lapide renum

Secundum silanum ℞ malue, bismalue, abrotani, paritarie,
crete marine seis altee, fenugreci, lini bulliat in aqua
sufficienti sedat dolorem et frangit lapidem
Unctio ex oleo de scorpionibus femoris et dorsi et non fiat
nisi perdente ista fomentatione ℞ malue, bismalue
se. altee, lini, caricarum, butiri recentis ana olei amigdalarum, ʒ i. fiat in forma emplastri
Potio ℞ aquarum saxifragie, paritarie, rafani, feniculi
capil ve. altee, milij so, genestre sparagorum

Ea que a proprietate valent secundum petrum de tusignano
lapis iudaicus, cinis scorpionum lapis spongie, cinis leporis usti, cinis testarum ouorum a quibus exierunt pulli, aqua
raffani, cauda tremula, vitrum ustum, sanguis hirci
Qui solitus est comedere urticas tutus est ab arenulis
et lapidis generatione

Nota quod in cura lapidis oportet administrare mollificatiua ut
lapis induresceat

Puluis sanguis hirci exicati ʒ i cum aqua parritarie.

Ugonis de senis. Ferculum ex urtica cum alijs herbis redolentibus ut petroselino aut origano, feniculo, menta, betonica preservat a generatione lapidis.

Lubricamentum ventris ferculum ex merchuriali cum paucis herbis odoriferis, aliud ℞ betonice sicce cum melle. Aliud brodium carnium pinguium cum sale, aliud ℞ tartari vini albi ʒ i cum lardio.

Aliud ℞ medule ficuum siccorum lib. i. anisorum ʒ s. amigd. ʒ i. medule cartami ℥ ij pistentur et fiant in forma misture et in mane sumat ad quantitatem nucis ante prandium, comestio nucleorum persicorum et cerasorum.

De preservatione matricis

Ant. guarnerium. Primo fricationes asperae cum sale et aceto circa extremitates, ligature dolorose in coxis, ventose date in parte domestica coxarum, ventosa magna super umbilico. Fetida odoramenta horibilia naribus applicata, bene vero redolentia vulve aplica, sternutatio cum piretro pipere, euforbio,

Fricatio vulve cum hac mistura, ℞ musci ʒ i, galie mus. ʒ i olei de lilio v. ℥ ij misce agitentur in mortario et bene cum digito frica colum matricis.

Petri de rusignano pessarium ℞ ligni aloes, storacis, garofilorum ana ʒ ij musci ℥ iij fiat puluis et ponatur in panno lineo et supponatur.

De vermibus

Secundu(m) silanu(m) Simplicia que terificant absinthiu(m), nucleus p(er)sicoru(m), diptamu(m), pulegiu(m), aleu(m), fel taurinu(m)

Simplicia que terificant et educunt, aloes, ireos, agaricus pulpa colloquintide, succus amule recentis ℥ iij i(n) potu datus s(ecundu)m aurea(m) extrahit eos,

Simplicia frigida, sunt se(m)e(n) coriandri, lutu(m) sigilatu(m), s. por-caulu(m), oleu(m) onfancinu(m) terificat p(ro)p(ter) amaritudine(m) et educit p(ro)p(ter) viscositate(m),

Potio ℞ acetosi. s. ℥ i aque absinthij, acetose granis an(a) ℥ i misce

Pulvis, ℞ rasure cornu cervi prius torefacti ℥ ij coriandroru(m) preparatoru(m) ℥ i. s. diptami ℥ i ʒ s. terre sigilate ℥ i fiat pulvis — Rasura cornu cervi datus i(n) potu,, tiriaca, suppositoria ex melle

Olea p(ro) unctione de amygdalis amaris, nucleis p(er)sicoru(m) et absintio,

Emp(lastru)m ℞ mete absinthij, an(a) ℥ ij, centaurea minoris agarici an(a) ℥ s. aloes ℥ ij, aceti ℥ ij farine lupinoru(m) ad pondus om(n)iu(m), fiat emp(lastru)m et ponatur sup(er) sto(machu)m,

Odoramentu(m) panni assus i(n)fusus i(n) aceto fortissimo odoretur, nigella odoret

s(ecundu)m petru(m) de usignano ℞ olei de absinthio, fel tauri aceti an(a) ℥ s. terre sigilate ℥ ij, tere pigro(rum), aloes an(a) ℥ i, farine lupinoru(m) ℥ s. cere paru(m) fiat ug(uentu)m,

Tiriaca antiqua naribus aplicata

Emp(lastru)m c(on)tra febris, ℞ absinthij, s(an)guinarii, calamenti, aloes an(a) ℥ iij rosaru(m), sandaloru(m) rube(orum), buliat i(n) vino op(timo)

et ponat^r i sacculo sup stomacho

Aqua R silig^is, gra^is ordei buliat i sufficienti aque q^ntitate

M^r antonius germosone Clistere R lactis capri lib. 1. mellis ℥ iij misce et fiat clistere cu^m z^uc^o ros ℥ i. pille R aloes ℥ ij, mirrhe ℥ i, croci ʒ. 1. reu barbari ℥ . fiant pille cu^m sy^o acetoso

Potus R radicu^m graminis n^o iiij. silig^is ℥. s. coria droro q^parato ℥ ij. s. portulace ℥ i. misce et buliat i sufficienti aqua Item fluxu R melote ℥ iij aque absinthij q. s. fiat potio

M^r ioa^ne de s^cta sophia Sem^n pori valet i uermibus i^r ficiendo unctio orificij ani et plantaz pedu^m extrahit uermes. Vnac^u i quo sit bulita genciana aut diptamu^m valet potatu^m, sem^n poris coctu^m modico cu^m aceto ul^t uino morano ligatu^m sup uentre^m et spina^m dorsi occidit uermes et educat eos

M^r aurus succus enule ℥ iij recentis datus e mirabilis

M^r paulu^m aquitus, amonu^m cu^m felle tauri sup umbilicu^m positum Epithima R aquaz graminis, acetose, ambrosie, absinthij an ℥ iij, spez cordialiu^m temperataz ℥ ij aceti uini paru^m

Oleu^m omphacinu^m cu^m melle, aut sale sanoto

Reub^m administratu^m cu^m melle vino aromatico

Supostoriu^m R melle, aut penidijs, aut lardone, qn uermes sunt i intestino recto

De difficultate urine a ma frigida

Io, de s sophia Ung^m Rx olei de scor. ℥ i, anerini, como malini, ana ℥ s. pulue absinthij, urtice, pulegij ana ℥ s. cera parum fiat linimentum

Empl^m Rx paritarie, foliorum petrosilini, urtice ana m i. pulegij feni, foliorum calamenti ana m s. bulliant omnia in uino montano et fiat embroca cum spongia et postea ponat ipsas herbas super femur in modum emplastri

Ung^m Rx ℥ ij de bisantijs, oximelis comp^ti ana ℥ i. melis rosati ℥ s. aquarum sparagi, rafani, foeniculi, ana ℥ i misce

Unctio silami cum oleo de amygd ama. de lilio et scor pionibus, Axungia cuniculi, et pellis eius appli cata super femur et uirgam

De prouocatione menstruorum

Silanus Rx sauine, pulegij, rubee tinctoris ana parum fiat decoctio in uino albo, Sup^m ex pane porcino

Ung^m quod mollificant et dilatant, Rx mucilaginis s. lini fenu greci ana ℥ i, butiri sine sale ℥ ij, axungie galline, anatis, anseris, medulle uituli ana ℥ s. olei sisami ni, amygd. d. ana ℥ vi fiat ung^m et ungatur pars femo ralis, uentose in coxas et in inguine, ligature dolo rose et fricationes in partibus inferioribus, Pleuorthoia sophiane

Purgationes utiles sm exigentia humoris precedere debent, antequam localia applicentur, Sup^m ex massa cucumeris asinini arthemisia trita et sup umbilicum ligata utilis est ad prouocandum menstrua, sm 10, de s. sophia Tanhelmi, Ung^m Rx farine lupinorum absinthij electerij ana ℥ i, mirrhe, rute, ana ℥ s. incorporentur cum felle taurino in modum emplastri et ponatur sup umbilicum post

balneū
Antonij cermison, pillē familiares ℞ aloes ʒ i, croci
℈ s. rubee tictorꝫ ℈ i. galbani g̃ 6. agarici ʒ s. promi
cimini aā ℈ s. puluerizent oīa et fiāt pillē cū sȳ de
absinthio
Alie ℞ aloes ʒ i. mirrhe ʒ s. croci ℈ i. agarici
℈ i, salis g̃ 33 aā g̃ i misce cū sȳ de absinthio
fiant pillē,
℞ pillarꝫ fendarꝫ ag̃ pparati aā ℈ i saligme
g̃ fiant pillē cū sȳ de lisanijs

In fluxu mēstruorꝫ

Silanus potio ℞ coralorꝫ rubeorꝫ ʒ i. aque planta
ginis ʒ i, misce et da ī potu ī mane
Fleuothomia basilice operat̃ qz diuertit, Ventose sub
mamilis. Ligatura dolorosa ī extremitatib,
trociscj de karabe, de terra sigilata
Cibaria rizū, lentes, far coctū, carnes assate,
vinū grossum stipticū, Sup̃ᵐ ex stercore asinino,
Epithīa sup femur ex suco plantagīs cū trociscis de karabe
Emp̃ᵐ ex stercore asinino recenti, Balneū aq̃ decoctīs
aliīs, ista remedia ualent qñ est sanguis
Si uero fuerit a sanguine colerico aquoso ista compeūt
s. emplastrū et balneū factū cū rebus calidis ut est
olibanū, mastix, nux cipressi, vernix, laudanū,
mirrus storax calamita
Petrus de musignano, ℞ coralorꝫ rubeorꝫ ʒ i, aq̃
plantagīs ʒ iij misce et det̃ ī sero, quū uadit dor
mitū sulla fiedente cena

109

Gulielmus de placentia. Pleurotheia quod per iij annulare et auriculare confert. Ligature extremitatum mamillarum et suppositio ventosarum sub mamillis

Pleurotheia valet dextre si fuerit fortis si vero non ita fortis pleurotheia sinistre

Ioannes de s. sophia. pessarium Rx ro, balaustiorum, mirtillorum ana ʒ i, thuris, masticis, karabe, sanguis draconis, boli armeni + terre sigillate, sylgesis, fumi terre ʒ i. misce et bulliat in aqua plantaginis et fiat pessarium, porro ex horum pulvere cibaria ex pasta et extremitatibus animalium

Antonii guainerii. potio Rx cineris stercoris caprarum ʒ i cum aqua plantaginis in potu exhibeas in mane

Succus stercoris asinini cum syrupo de mirto vel alio syrupo et aqua plantaginis in mane

Emplastrum Rx pul. cornu cervi usti, piperis combusti, squame ferri separate ana ʒ i. pro copulatione glandium ʒ ij misce et incorporentur omnia ista cum albumine ovorum, addito parum aceti. Aliud Rx calcis bene trite ʒ i, olei mirtini ʒ s cum albumine ovi et aceti parum fiat emplastrum

Napale Rx trifere magne, mellate, athanasie ana ʒ i ypoquistidos, acatie, boli ar., sanguis draconis, radicum consolide maioris, arnaglose, galarum, psilie ana ʒ i incorporentur simul et fiat napale cum pecia subtili

De Emoroidibus

Silanus. Ptito de bdelio in fluxu emoroidarum emplastrum costrictivum Rx aloes san. dra. pilorum lepo. subtiliter pulverizatorum ana ʒ ij telle aranee ʒ ij, albuminis ovi bene agitati, q. s. ad incorporandum et extendantur super panno deque applicetur ano

balneum ex decoctione galarum, balaustiorum, sumac, mirtorum in vino stiptico, fomentatio facta in decoctione tassibarbassi in vino nigro

Si fuerit surda medicam. ad apiendu ℞ sucus cepe cu
pauca lana debet supponi, aut sal taurinu, Sup^m ex
radice panis porcini
Ungtu apitivu emoroydaz ℞ oleoz psicoz amaroz et me
dulle crisomiloz, suci oleoz añ ʒ i fiat ungtm cu cera
et supponat cu tenta, Sup^m ex radice yreos, unctio
cu oleo psicoz, ut de criso, ut de amygd. ama,
Hora Remouentia dolore ℞ mucilagis fenugre. se. lini añ
ʒ ij butiri recentis, sepi renu capraz añ ʒ s. vitelli
ouoz nº j, olei rosati ʒ ij cere paru fiat ungm
Fomentatio ex decoctoe floz malue, camomille s.
lini, fenugreci, porru elixatu confectu cu butiro
unctio cu oleo s. lini, cu adipe anatis, folia caulu
sedat dolore
Ungtu consolidans fissuras ani ut manus ℞ dragagan.
galaz. añ pulverizet cu adipe caprino, ut bouino
et paru olei rosati misce et fiat ungm
Joannes de s. sophia I mo calida balneu ℞ violaz, vo.
rumsa, floz camo. radicu altee añ m. s. meliloti m. i.
misce et decoquat i sufficienti aqua
Ungtu doloris sedativu ℞ olei de criso ʒ s de se. lini
amygda. d. añ ʒ i vitelli ouoz nº i, sepi caprati ʒ vi
misce et fiat ungm mole cu cera
Petrus de usignano Constrigentia fluxu emoroydaz
trouasi de rasabe Ungm ℞ aloes, turis, sa. dra.
boli armeni piloz lepo. adustoz añ ʒ ij pulverizent
subtiliter deinde recipe tela molendini cu albumine oui
imfundat et locus linient
Ungtu prouocativu emoroydaz ℞ aloes ʒ ij felis tauri
ʒ i aceti ʒ ij misceat simul cu lana.

Ungm sedativum doloris et generativum ℞ ungt de cerusa buiri cum parum misce et fiat ungm

Mitigativum ℞ opij ʒ i dissolvatur i aqua rosarum et cum bombice infuso i dicta aqua aplicatur statim sedat dolorem

Antonius germisonus de fluxu emoroidarum, trifera farazanis un are ʒ ij aque plantaginis ʒ i. s. misce

pille de bdelio

De egressione ani et matricis

Silanus ℞ sumach ʒ. s. galarum, anthere nucum cupressi mirrhe olibani, ana ʒ i fiat pulvis et aspergatur super anum facta prius iunctione cum oleo rosato

Balneum ex decoctione copularum glandium galarum, balaustiarum, florum mirti et foliorum nucum cupressi, rassi barbassi, et caude equine

In cura uero prius precedat balneum postea iunctio deinde pulvis et ista remedia valent quando est amolificatio. Si uero est apostema prius molificetur cum oleo anetino et camomelino

Balneum molificativum ex malua bismalua, fenugrec, s. lini aut balneum aque dulcis.

De egressione matricis sex requiruntur primo uentose super umbilicum, alie due sub mamillis, 2o suffumigationes constrictive, 3o balneum, 4o ungm, 5o supm 6o emplastrum

Ungm ℞ oleorum de mirto, liliorum alborum, masticis ana ʒ ij asse fetide radicis bistorte tormentile ana ʒ iij cere et fiat ungm. Supm asse fetide ʒ i pulverizetur misce malaxando cum oleo de mirto et fiat supm

Empm ℞ gumi pini ʒ ij thuris masticis ana ʒ i nucum cupressi ʒ. s. liquefiat cum oleo de mastice et fiat ungm

Ioannes de s. soph. suffumigatio facta ex pelle anguille appropriata valet i egressu matricis.

Guilielmus pulvis corticis oui ex quo exeractus est pullus

Si fieri ipso aspgat̃ sanat eius exitũ

De exitu umbilici

Gulielmus videas ppo co de exitu ani et matricis

Ugonis senensis ℞ sy de siccados ℥ i oximo s. ℥ s.
aquarum feniculi, salvie an̄ ℥ iii.

Solum̃ pille de bdelio, vel ℞ turbit electi ℥ i ʒʒ ʒ i
mastice ʒ s. zuc ℥ s. aquarum feniculi ℥ iij misce
et bibat, l orio ex decoctõe balaustiarum, galarum, co-
pularum glandiũ, florum mirti i vino rubro,

Pulvis supaspgendus ℞ nucũ cypressi, mirtillorum, acatie
ypoquistidos, galarum, an̄,

Montagnane Enchatisma ex decoctõe aluis i aqua suffi
cienti pbibet cursum matricis ℞ ex vino vel aqua ponat
libr ij aluis et bulliant

Cerotũ constrictivũ, ℞ colofonie thuris pisciũ vel carni-
an̄ ℥ ij, resine electe ℥ iiij armoniaci ℥ i, san. dra-
boli armeni, turis, masticis, sandaracce an̄ ℥ ij acatie
galarum cypressi corticum granatorum, medulle se. mirti an̄
℥ s. dissolvat̃ oĩa i aceto fortissimo et cũ sufficienti q̃
cere fiat cerotũ

Antonij guarnerij fomentatio ex oleo pistato, aut lenitio
ex eodem, Suffumigiũ ex thure et pineis assatis ex assa
foetida

Cerotũ ℞ thuris, masticis, opponacis, terbentine, galbani
serapini, rasure pini, storacis liqde, colophonie an̄ ℥ ij
terre citrine ℥ iij fiat cerotũ et extendat̃ sup corio
votido et applicet̃ sup femur

De arthetica, podagra et sciatica

Silanus Localia ℞ lactis vacini libr s. opij pulverizati

ʒ.s. panis siliginis furni gquassati q.s. fiat emplastrum et aplicetur
Linimentum ℞ lac mulieris mulsum super locum, vel cum penna
applicatum, aliud si liniatur cum sanguine menstruo tollit
dolorem Emplastrum ℞ flores camomille meliloti, ana m.s. rosarum
m.1. seminis fenugreci, seminis lini ana ʒ ij furfuris p. bulliat
in libris ij aque usque ad consumptionem tertie partis cui additur
aceti ʒ.s. et fiat fomentatio

Aliud emplastrum ex seminis lini, fenugreci aceti magnetis temperatis
cum malvavisco decocto et pistato cum his suprascriptis cui adda
tur pinguedo anatis vel galine ʒ ij et applicetur loco,
Emplastrum ℞ mucilaginis fenugreci seminis lini ana ʒ i, butiri sine
sale ʒ i.s. olei sisamini olei rosati ana ʒ ij, ciceris,
radicum caulium, ʒ.s. fiat emplastrum, vel unguentum cum cera,
Saculus ex semine lini gquassato et sit bulitus in aqua et
expressus aplicetur, item applicato stercoris vacini cali
di super locum
Aliud ℞ iiijor vitella ovorum bene agitata, pulvis hermodacti
lorum ʒ iij misce et fiat emplastrum
In sciatica frigida pitte fende, de hermodactilis ana
Emplastrum ex altea cum semine lini fenugreci, butiro, et adipe
galine vel anatis
Petrus de rusignano. Emplastrum ℞ pulveris hermodactilorum
ʒ ij, meliloti ʒ i camomille ʒ.s. rosarum rubearum
ʒ iij, croci ʒ i vitellorum ovorum numero sex farine orobi
ʒ iij aceti ʒ i.s. temperentur omnia cum aqua decoctionis
graminis et fiat emplastrum ad omnem dolorem arteticum
Antonius guarnerius Oleum in quo fuerit decocta col
loquintida calidum cum quo ungatur venter solvit ventrem
Clistere ℞ mercurialis, camomille centaurie minoris
[illegible]ficados ana m.i. agarici ʒ i, polipodij coloquintide

De cura catari

Inquit p. cura catari comprehensa est in accidentibus sex .i. in
sex inventoribus quarum prima est materie diminutio que com
pletur per evacuationem illius respicientem totum si materia superfluat
et sit necessaria 2a est evacuatio partis et ipso capite
De prima igitur mesue complent eam flebothomia et ventris solo
administratio clisteriorum, suppositorum, et cum lenifica
